

LINIMENTUM SAPONACEUM.

℞. Spiritus rorismarini ꝑ. libram unam,
Saponis duri Hispanici ꝑ. uncias tres,
Camphoræ ꝑ. unciam unam.

DIGERE saponem in spiritu rorismarini, dum solutus sit; deinde adde camphoram.

LINIMENTUM TRIPHARMACUM.

℞. Emplastri communis ꝑ. uncias quatuor,
Olei olivarum M. uncias quatuor,
Aceti M. unciam unam.

COQUE leni igne, assidue movens, donec linimenti crassitudinem habeant.

LINIMENTUM VOLATILE.

℞. Olei amygdalorum M. unciam unam,
Spiritus salis ammoniaci ꝑ. drachmas duas,

AGITENTUR simul in phialâ patuli oris, donec perfecte coëant.

CERATA.

CERATUM ALBUM.

℞. Olei olivarum M. uncias quatuor,
Cerae albæ ꝑ. uncias quatuor,
Spermatæ ceti ꝑ. unciam dimidiam.

LIQUEScant omnia simul, et bene moveantur, donec ceratum penitus refrigerit.

CERA-

CERATUM CITRINUM.

- ℞. Unguenti basilici flavi ꝑ. libram dimidiam,
Cerae flavae ꝑ. unciam unam.

SIMUL liquentur.

CERATUM EPULOTICUM.

- ℞. Olei olivarum ꝑ. libram unam,
Cerae flavae,
Lapis calaminaris præparati, singulorum ꝑ.
libram dimidiam.

LIQUEFIAT cera cum oleo, et, simul ac mixtura lentescere incipit, insperge lapidem calaminarem, et bene move, donec ceratum penitus refrigerit.

CERATUM MERCURIALE.

- ℞. Cerae flavae,
Axungia porcina curata, singulorum ꝑ. libram dimidiam,
Argenti vivi ꝑ. uncias tres,
Balsami sulphuris simplicis ꝑ. drachmam unam.

CERAM cum axungia liquefac, tum gradatim adde argento viro cum balsamo sulphuris trito.

EPITHEMATA.

EPITHEMA VESICATORIUM.

- ℞. Cantharidum in pulverem tenuissimum redactum,

Farinae